



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 29. Alphonsus Rex Arragonum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul XIII.
A. C. 1286.

comparere intra festum Sanctorum Omnium diem voluit, quod Jacobum coronassent. Hæc sunt, quæ continet diploma die Ascensus Domini 3 Maji Romæ promulgatum. Et quia neque Rex neque duo Episcopi obedierant, Papa interrogatas eis censuras die dedicatæ S. Petri basilicæ 18 Novembris confirmavit ac repetiit; sed sine fructu iterum.

§. 9.

§. XXIX.

Alphonfus Rex Arragonum.

§. 10. II.

E contrario Jacobi fratrem Alphonsum novum Arragoniæ Regem flecebant censuræ pontificiæ, aut potius metus Gallorum pro Carolo Valesio militantium, ut eum in possessionem regni Arragonii mitterent. Papæ proin & Cardinalibus scripsit Alphonfus excusans se, quod mortuo Rege Petro patre suo non misisset Romam Legatos; quos vero tunc mitteret, nempe intra verum jejunium hujus anni 1286. Igitur Papa die Coenæ dominicæ declaravit se inceptum contra eum judicium usque ad festum Ascensionis Domini suspendere. Prorogavit postea diem, & comparentibus Legatis fidei publicæ testes litteras ad liberum reditum tradebat. Alphonfus tamen excusationes non accepit; nec desistit tueri Carolum Valesium. Contra

tra Cardinali Joanni Choletto suo in Fran- Sæcul. XIII.
cia Legato nova mandata dedit, ut Ec- A.C. 1286.
clesiasticos Alphonfi fautores privaret
beneficiorum fructibus, censurisque pu-
niret.

§. XXX.

Veneti absolvuntur.

Sedente ad clavum Ecclesiæ Martino Rayn. 1285.
IV Bernardus Cardinalis Episcopus n. 63.
Portuenlis & apostolicæ Sedis Legatus

Venetias venerat, ut curaret armandam
ibi classem, qua rebelles Siculi ad offi-
cium erga Regem Carolum reduceren-
tur. At Veneti hoc recusabant obtentu
antiquæ legis, quæ vetaret, nequis ipso-
rum arma ferret contra ullum Principem
aut Rempublicam sine permisso Ducis,
majorisque ac minoris Senatus: eam-
que legem præsentem Legato renovabant.
Id ille pro injuria sumens perhibebat
Venetos hoc Regi Carolo subsidium de-
negando Siculorum Petrique Arragonii
partes suscepisse, & quod consequeretur,
incurrisse in censuras eorum fautoribus
irrogatas: idcirco Venetias interdicto
perculit. Honorio in summam evecto
sedem tres Venetorum Legati exposue-
re hanc sanctionem veterem non esse fa-
ctam per contemptum Ecclesiæ Roma-
næ; sed ad conservandam Rempubli-
cam,

cam,